

August Varenius

**Programma Quo ad Actum Oratorium Immanueli Ex Virgine Nato sacram ex
primae partis Esaiae sectione quarta ab Eximio & Praestantißimo Dn. Henrico
Müller/ Rostoch. SS. Theol. & Philol. Studioso, In Audit. Mai. ad diem 2. Jan. novi
Anni hora 9. mat. celebrandum, Omnia Ordinum Auditores peramanter invitat**

Rostochi[i]: Richelius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734832338>

Druck Freier  Zugang



R U Progr. 1650

- 1) Joach. Stockmann
- 2) Johannis- Stockmann
- 3)
- 4) Caspar Mänttin
- 5) Auger Varenius
- 6) Joach Stockmann



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734832338/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734832338/phys_0002)



519

PROGRAMMA
ad Actum Oratorium
IMMANUELI
EX VIRGINE NATO

sacrum

ex primæ partis Esaiæ sectione quarta
ab

Eximio & Præstantissimo

DN. HENRICO Müller/ Rostoch.
SS. Theol. & Philol. Studioso,

In Audit. Maj. ad diem 2. Jan. novi Anni
horâ 9. mat. celebrandum,

Omnium Ordinum Auditores pera-
manter invitati

AUGUSTUS VARENIUS

SS. Theol. & Phil. D. Hebr. in Univ.
Rost. Prof. publ.



ROSTOCHI

Literis Johannis Richelii, Sen. Typogr.

Anno cœc loc L.

PROGRAMMA

OVID

minister O misericordia Abs

MAMMELN

ОТАМБУДСМАН

卷之三

Ex libris: Etienne Léglise d'Avilly

Digitized by srujanika@gmail.com

DR. HENRICO S. M. ROYCE

colibris folij 9. 1612. 22

invention, naf, s. enstihha, in a libra

et. mālātā. jāt. q. bād

Quantum Optics And Electronics Dept.

卷之三

ÆUGUSTUS VARENUS

22. I hope to be back

Integrum

твоу Годъ си-бъзъвъзъгъзъ.

Jackie's book



AUGUSTUS VARENIUS,

SS. Theol. D. Hebraicorum in Univers.

Rostoch. Professor.

Quod sacrosancta & veneranda Patriarcharum ac Prophetarum sub Veteri Fædere canities, ineffabili cum dænigegatione predixit, id manifestati per incarnationem Dei grande mysterium & regni Messiae super tronum Davidis instaurandi illustre argumentum, singulari & maiestate & proponendi perspicuitate tractavit unus Jeschaiah, ut vel solum Prophetæ nomen נִזְחָמָר seu ρωμαϊκός Κορίτης, de quo vide Luc. 2, 30. e. 3, 6. Act. 28, 28. plenarium argumenti Prophetici Symbolum esse posse. Unum Messiam jam inde à כָּשָׂרָת וְהַשְׁׁפֵּת à myriadibus Israelis omnium, scđridum, ut semen Abrahāmi, ut Malchisedek ut Goel & Schiloh ex tribu Iuda nasciturū, ut Israelis Duxorem Angelum, propter impressum nomen maiestaticum non exacerbandum, ut Stellam ex Jakob, & sceptrum ex Israelorū, ut Prophetam ab omnibus audiendum, ut à Judæis & gentibus uno ore glorificandum, ut benignissimum Urim & Thummim conservatorem, ut Israelis castrorum Antecessorem & Statorem (taceo tñ Calvulæ tñ אֶלְעָזָר, cuius iudeas yug erat in Latrâ Leviticâ, virginem florentem, & petram tñ אֶלְעָזָר) Moses hunc ut sui characteris mirabilem Oratorem, ut profundissimæ exinanitionis, passionis mortis, resurrectionis, in coelum ascensionis, & plenarie ac maiestaticè operatricis ad dextram Patris, sessionis subiectum, David, hunc ut Zemach David, ut

רְנָן

רְדוּתָה צַדְקָה, ut miraculosè circumdandum à foemina
Virum, ut throni Davidici perpetuatorem glorioſiſſi-
mum, Jeremia: hunc ut ſervum Davidem, ut unicum Paſto-
rem, Ezechiel: hunc, & ut Puerulum ex Aegypto revoca-
tum, & in mortis ac inferni Domitorem potentissimum,
Hosæa: hunc ut ex Zione rugientem & ad judicium ſeſe ma-
nifestatē, Joel, ut collapsi Davidis tabernaculi redinſtau-
ratorem, Amos: ut Eccleſiæ per procurationem כִּי־עֵזֶב
ſummum gubernatorē & vindicem, Obadiah: hunc ut in cor-
de ierræ triduo latentem, Jonah: hunc ut ex Bethlehem na-
ſicurum Iſraelis Dominatorem, Michah: hunc, ut Evange-
lijſtam ſeu מִכְשֵׁר מִשְׁמֵעַ שְׁלוֹם (conf. Ephes. 2, 15. 16. 17.)
Nachum: hunc ut ἀπειδοτόμον καὶ θραυστέουντα τὸν τε περιτό
ἔχοντα τὸν διάβολον, Chabakuk: hunc ut Oecu-
menicum Doctorem ultra Aethiopiac fluvios ſupplicem.
Eccleſiam per Apoſtolos in totum orbem diſpersos ſibi
congregantem, Zephania: hunc ut omnium corporalium
Monarchiarū deſtructorem, ut æterni regni Iſtaurato-
rem, ut filium hominis, & per realiſſimam mortem verē exſci-
dendum, & poſſe reſurrexiōne ſuperexaltandum, Daniel: hunc
ut Templi ſeundi gloriam, ut gentium אֱמֹרָאָפָּדָנִיא, Chag-
gai: hunc poſt 8 mirabiles & plenißimas myſteriorū viſiones,
ut Zionis Regem, ut Joluam, ut Zemah Secharia: hunc ut
deſideratiſſimum foederis Evangelici Angelum, Malachias
(in quo deſire ſcribi canonica & Οὐαὶ ποὺς Καὶ V. T. Prophetia) prædi-
xit: atq; ita uni Mefſia מֶלֶךְ אֶחָד קָדוֹשׁ יְהוָה יְהוָה. Atq; ut fan-
darum mentium ardeniſſimum attinare poſſis deſiderium, intuere
Danielem ſupplicantem: nec enim in principali כִּי־עֵזֶב
Danieles ſupplicantis cap. 9, fuit extera lamentabilis regni corporalis Judai-
ci ruina: ſed manifestatio Mefſiae deſideratiſſimi gratioſa, & τὸν καὶ εἰ-
δέ τὸν Κονցίς epiphania, quod cum ex neceſſariā ſupplicatio-
nis

nis & responsionis, quæ est de homine CHRISTO per re-
alissimam mortem, seu קורית איננו destruendo, & re-
conciliando per illam mortem DEO, analogia: ium ex
רְחִמָּת הַוּבִים illorum scilicet, et sic επιστεψας ιμας αισθητη
phys, mentione & applicatione magnifica, cum ex invocati Dei
propter Dominum, & triplicati אֱלֹהִים in conclusione evi-
dentiâ, tum ex עֲדֵי מִנְחָה, עֲרֵב quod non poterat non unici ex-
piatori ac propitiatori sacrificii JESU CHRISTI me-
moriam supplicanti & intelligentissimo scripturarū scruta-
tori Danieli vel solâ suggerere ceremoniâ, certò statuimus. Et
tamen posse 52. demum septim. מִזְמָרֶת רְבָר לְהַשִּׁיב seu posse
434. annos illa קְרִיתָה המשיח futura revelatur: Sic Chag-
gai, utut 400 adhuc supereffent anni, id tamen pro uno modico
habet: Malachia idem intervallum pro exiguo aestimat, & mox,
mox, inquit, veniet: Sacharia: jubila modò, inquit, ô filia
Zion, exulta valde: Ecce Rex tuus: ecce jam venit tibi.
Sic ad eandem filiam Zion & domum David, in cuius funus
conspirabant duo potentissimi Reges, Jeschajah nosfer: Ne, inquit,
timeto טְרֵפָה וְהַשְׁמָר contine te, & fiducialiter tranqvil-
lus esto: irritum erit & inane hostium consilium: vigi-
lat pro domo Davidicâ Immanuel nasciturus ex Virgine
& Davidicâ stirpe: hoc ergo non eradicandæ Domus Da-
vidicæ vobis firmamentum & signum esto: Ecce virgo illa
concipiet, & pariet filium, & vocabis tu mater עלמה men ejus Immanuel.

Superat & facundiam disertissimorum, & hujus Programma-
tis angustiam majestatica unius Esaiæ prophetia. Sive enim
tonus Prophetæ Thema generale spectat, hæc est הַכּוֹנוּת: In solo Messia ex domo Davidicâ nascendo,
ejusq; spirituali æterno & majestico regno: non in ul-
lo corporali vel Judaico vel Israëlitico, vel terrarum or-
bis

bis regno, quippe humano', fragili, & interituro, ~~ver~~
Israelis fiduciam esse collocandam: sive ordinationem:
divinissima illa est, & 4. sectionibus, regni spiritualis Messiae
ex Virgine, in trunco ac ramis sermè arescente stirpe Isaï
nascendi potentissimam instaurationem, in part. 1. ad c. 12.
corporalium orbis regnorum ~~נַשְׁמָת~~ seu Desolationem.
In part. 2. ad c. 39. modum instaurationis & administratio-
nis specialem, In part. 3. ab illo iterato ~~נַחֲמָת~~ c. 40. Excellentia
Ecclesiae in J E S U C H R I S T O ~~אֵלֹהִים עֶשֶׂר~~, &c.
sublimem magnitudinem, idq; ut plurimum comparativè iam
inde ab illo ~~אָוֹרִי קָרְבָּן~~ c. 60. magnifice prædieat: sive dogmata: tota
hæc est Theologia, & quicquid est mysteriorum in illâ: & tamen ita
est Propheta Evangelicus, ut quem in statu Ecclesiae Nov. Test.
conjugit cap. 4.3. & quem Christus ipsâ praxi conjugere Apostolos
jussit *Luc.* 24.47. *ipsus quoq;* conjugat scilicet רוח נְשָׁמָת spiritum
judicii qui mundum de peccato redarguens poeni-
tentiam imperat, & רוח כָּרֶב seu spiritum qui cordibus
serio contritis gratuitam peccatorum sublationem an-
nunciat: uerumq; tamen accuratissimo præstat ordine, quem
qui, ut, in aliis scripturæ textibus: ita & in hoc Propheta negligunt,
in specialium textuum explicatione ad morem usq; errabunt, & in eo-
rum censem referendi erunt de quibus *Zephan.* cap. 3. 4. Sacerdo-
tes eorum profanant sanctitatem, violentiè detorquent
legem. Amplissimus hæc esset & specialius in *Esaiam* aliquid di-
cendi campus: nec fortassis intempestivus hæc esset quidam nostra ju-
ventutis Elenchus: sed nec odiosiss elenchis annum claudere volumus,
nec per angustiam Programmati prius præstare possumus. Vide-
rint ipsi, quoq; neglecto profundiori Scripturarum originalium scri-
tūrio, illoris manibus & pectore inermi ad controversiarum Theologi-
carum pondoro, vel ad Postillantium volumina ruunt, annon sint ug-
geriōes, & aeterni sensibrieres, quam pingues etiam & amplias ha-
bent

bene conditiones, & annō ipsa fontium ignorantia illis sit, ut Spiritus
sanctus exprimit, onerosum opprobrium? Sed ut litus tan-
gamus, quae omnium sub V. F. sanctorum desideria fuerint,
exposui: quæ per orbem terrarum sancta nunc meditetur
Ecclēsia, nemo est qui non novit: quæ fuerint ipissima Angelorum
gaudia, nemo est qui non proximis diebus audivit. Adeste nocte in
Bethlehemiticis campis ad **רְאֵב נָגָר** Pastoribus, Angelus
concionator tot mysteriorum & ponderum: quorū verborum: quem
magis euāyālā & Angelicum Doctorem, Musica exceptit o-
mnium myriadum thronorū, imo plenitudinis cœlestis exer-
citus illam ineffabilem ponderibus dōξοργίας intonantis & illud opus
κόσμου μέρε τὸν θεοτόκιον μυστήριον **D E U S M A N I-**
F E S T A T U S e s t I N C A R N E toti generi humano in-
simantis. Quis hujus mirabilis noctis historiā, & mysterii Dei ex vir-
gine natu eminentiam pro dignitate prædicare poterit? Hic equidem,
nulla Angelorum, nedum fragili conditione mortalium vox
sufficit. Ne tamen sine ullis recordatiōibus ex Cathedrā Academicā
abrat tanti beneficii maiestas, curavit Eximus & Praefantissimus
DN. HENRICUS MULLERUS, Rostoch. SS.
Theol. & Phil. Studiosus à pietate, singulari industriā & erudi-
tione commendatissimus, qui Oratione Hebraicè, ac eruditè pariter
& orthodoxè scripta, suaq̄ commendatione dignissimā Immana-
elem ex virginē nascendum & jam natum ex illustri, quod
est in c. 7. Esaiæ vaticinio & analyticè & Elenchiticè con-
tra Iudeos tractatum, laudando sanè conatu in majori Auditorio fus-
sis Jov. horā 9. matut. declarabit.

Adeste, Magnifice DN. Rector, omnium Facult. Do-
mini Professores, Collega honoratissimi: adeste Reverendi ver-

bi Di-

bi Divini ministri, Philos. & Art. Magistri, Eximii DN.
Studioſi, & vestrâ honorificâ praesentia vestrum erga sanctissima
ſtudia & magna expectationis Juvenem affectum contestami-
ni. Sic vobis & hic annus, Immanuelis meditatione clausus
felicitè finiat, & novus cum multorum succedentium ſequelâ & veri-
gine inter eadē meditationes felicissime alluceſcat! P. P. Rostoch.
ex Coll. med. Lun. Dominicâ Anni Jubilæi & per Germaniam
Irenici, M. D C. L. ultimâ.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn734832338/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734832338/phys_0011)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn734832338/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734832338/phys_0012)



nis & responsionis, quae est de homine
 alissimam mortem, seu אַיִלָּנוּ כְּרִתְתָּה
 conciliando per illam mortem D E C
 רְחִמָּתְתָה הַרְבָּה
 illorum scilicet, et sic επιστο
 ψήφης, mentione & applicatione magnificā,
 propter Dominum, & triplicati אַרְנֵת
 dentiā, tum ex עַד מִנְחָה עַד quod non
 piatorii ac propitiatorii sacrificii JE
 moriam supplicant & intelligentissimo
 tori Danieli vel solā suggerere ceremoniā
 rāmen posse 52. demum septim. בְּרַת הַשִּׁיבָה
 434. annos illa כְּרִתְתָּה המשיח futura
 gai, uter 400 adhuc supereffent anni, id tam
 habet: Malachia idem intervallum pro exi
 mox, inquit, veniet: Sacharia: jubila
 Zion, exulta valde: Ecce Rex tuus:
 Sic ad eandem filiam Zion & domum
 conspirabant duo potentissimi Reges, Feschaja
 timero קָשָׁר וְהַשְׁמָר contine te, & fi
 lis esto: irritum erit & inane hostiu
 lat pro domo Davidicā Immanuel na
 & Davidicā stirpe: hoc ergo non erat
 vidicæ vobis firmamentum & signum
 concipiet, & pariet filium, & vocabis
 men ejus Immanuel.

Superat & facundiam disertissimorum
 us angustiam majestatica unius Esaiæ p
 totius Prophetæ Thema generale spe
 הַמִּלְלָה: In solo Messia ex domo
 ejusq; spirituali æterno & majestatico
 lo corporali vel Judaico vel Israelitic



the scale towards document

per re-
 & re-
 tum ex
 abhängig
 ati Dei
 ne evi-
 nici ex-
 TI me-
 scruta-
 us. Et
 seu posse
 Chag-
 nodico
 & mox,
 ô filia
 mit tibi.
 us funus
 inquit,
 anqvil-
 : vigi-
 Virgine
 aus Da-
 rgo illa
 על נ-
 gramma-
 rive enim
 הכוונת
 scendo,
 on in ul-
 rum or-
 bis